

www.e-rara.ch

Exercitatio publica pro anno primo cursus philosophici

Hannes, Bernhard

Typis Principalis Monasterii S. Galli, 1775

Stiftsbibliothek St. Gallen

Shelf Mark: SGST 14047

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-101636>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EXERCITATIO PUBLICA

PRO

ANNO PRIMO

CURSUS PHILOSOPHICI,

IN QUA

DUCE DEO;

ET

AUSPICE DEI PAR

SENTENTIAS SUAS

PROPUGNABUNT

RR. FF. Prof. BEDA Gallus, ATHANASIUS Sartory, ILDE-
PHONSUS ab Arx, LAURENTIUS Elmliger, &
MATHIAS Scheiz Scholaris.

PRÆSIDE

P. BERNARDO Hannes Princip. Monast. S. Galli
Prof. Capit. & Philosophiæ p. t. Profess. Ordin.

Die Martij Anni M DCC LXXV.

— — — — —
CUM LICENTIA SUPERIORUM.

— — — — —
Typis Principalis Monasterii S. GALLI.

Stiftsbibliothek
St. Gallen

STIFTSBIBLIOTHEK


14047

ST. GALLEN



EX LOGICA.

1. **L**ogica, Scientia practica recte cogitandi,
2. Pro Objecto suo adæquato habet Cogitationes :
3. Pro Fine earum Rectitudinem ad verum quoquomodo assequendum.
4. Cogitationum species sunt quatuor, Apprehensio, Judicium, Ratiocinium, & Methodus.
5. Omnis simplex cognitio, ut vere humana sit, debet esse universalis.
6. Tuncque vera erit, si eas notas menti exhibeat, per quas nec paucioribus, nec minoribus individuis convenit, quam quibus ex natura sua convenire debet.
7. De hac idearum veritate nunquam certi esse possumus, nisi per ea judicia, & ratiocinia, quæ innituntur aut sensui communi humanæ naturæ,
8. Aut sensui intimo,
9. Aut sensuum externorum testimonio universali in iis rebus, in quibus sufficienter testari possunt,
10. Aut denique in rebus Historicis Authoritati humanæ irrefragabili.
11. Ad quod ultimum necessaria est Ars Critica, & Hermeneutica, quas Logica proprio jure sibi vendicat.
12. Testimonium autem sacræ Scripturæ, si non sufficienter clarum sit, non nisi temere adhibetur ad res mere Philosophicas.
13. Sin vero clarum sit, rem ipsam credere debemus, quod ita sit, non item modum, quo ita est, nisi & hic sit manifestus.
14. Sufficientem denique certitudinem in rebus Physicis præbet etiam Inductio, licet non sit omnino universalis, qualis haberi nequit.



15. Cum fieri Possit, ut quidam has veritatis notas longa, & accurata meditatione clare inspiciant, alii non item variis ex causis, sententia quædam potest pro certa teneri, licet quidam contradicant.
16. Veritati inveniendæ præcipue servit methodus Analytica, tradendæ vero magis commoda est Scholastica.
17. Nihil autem juvat ad assequendam veritatem assumere Hypotheses tales, quæ tentatis omnibus adhuc manent meræ Hypotheses.
18. Ad convincendum alios methodus disputandi Syllogistica optime conducit, si tamen illus regulæ bene observentur.

EX ONTOLOGIA.

1. **Ontologia**, quæ mentem universalibus, verisque ideis de ente quolibet instruit, primum omnium veritatum fundamentum nos edocet: nil posse simul esse, & non esse.
2. Dein impossibile esse, ut quidquam sit sine ratione sufficiente.
3. Adeoque Casum, & Fortunam nil aliud, quam vana nomina esse.
4. Dari possibilitatem rebus intrinsecam.
5. Essentiam ab existentia non distingui.
6. Omnem substantiam esse simplicem.
7. Corpus proin nil aliud esse, quam compositum ex pluribus substantiis mutuo nexu devinctis.
8. Omnia sic dicta Accidentia esse vel modificationes, vel actiones substantiarum.
9. Posse tamen ea a DEO conservari absque proprio subjecto, adeoque, si ita placet, Absoluta dici, sed non eo modo, quo antiquiores putabant.
10. Ens, quod nullas agendi vires habet, æquari nihilo.
11. Causas creatas pœn vere agere.
12. Actionem in distans possibilem esse.
13. Concesso ente contingente, ens necessarium quoque admitti debere,
14. Quod non nisi infinite perfectum esse possit.
15. Verum continuum, utcumque parvum, esse in infinitum divisibile.

- ❧
16. Ineptum esse extra locum comparativum alium quærere.
 17. Inter propositiones contradictorias de futuro contingente absoluto, vel conditionato jam nunc unam esse determinate veram.

EX COSMOLOGIA.


1. Affinis Ontologiæ Cosmologia, seu scientia mundi tanquam entis compositi, & mutationibus obnoxii, explicat nobis, quibus legibus e substantiis simplicibus mundus enascatur.
2. Mundus itaque, qui est series rerum omnium successivarum, & simultanearum certo modo inter se connexarum, & componitur ex substantiis simplicibus.
3. Homogeneis.
4. Inextensis.
5. Præditis potentia motrice, quæ Vis inertiae dicitur, in quantum imprimis eas habet proprietates, quod à puncto reali, cui inest sponte excitari nequeat, excitata autem aliunde illud deferat motu æquabili perpetuo per lineam rectam pro ratione directionis; aut si simul adfuerit diversa directio, utrique motum suum accommodet.
6. In quantum vero eadem motrix potentia unum punctum pro ratione distantiarum nunc ad aliud defert, nunc vero remouet motu accelerato uniformiter, vocatur Vis attractiva, & repulsiva.
7. Nisi enim DEus in ejusmodi punctorum, & corporum accessu de motu accelerato providisset, possent duo aliqua corpora per totam æternitatem ad se invicem moveri, quin vel de longe sese assequantur.
8. Est porro potentia motrix mutua, ita ut duo aliqua puncta semper æqualiter ad sese accedant sine tamen attactu Mathematico, aut recedant; semperque actioni æqualis sit, & contraria reactio.
9. Ut adeo probabilius duo ejusmodi puncta vere in se invicem agant, idque in distans.
10. Omnis ergo causa motus inchoati est ab externo;
11. Motus vero continuati causa est hæc ipsa potentia motrix,
12. Quam pro attributo essentiali substantiæ materialis statuimus, cele-



- celeritates vero, & directiones, sive leges motus pro illius modificationibus.
13. Patet ex hoc corporis essentiam consistere in meris modificationibus: Essentiam vero mundi alicuius determinati in certo nexu, & motuum legibus.
 14. Quod si DEus has leges, vel nexum immutet, erit miraculum sive quoad substantiam, sive quoad modum.
 15. Sine cognitione ergo Phisicæ nullum miraculum poterit dijudicari.
 16. Mundus denique in suo genere perfectus est, sed non omnium possibilem perfectissimus.

EX PSYCHOLOGIA.

1. **N**ON putamus mundum perfectum fore, si in eo non daretur ens rationale, & spirituale.
2. Quale est anima hominis, de qua Psychologia præcipue tractat.
3. Licet enim e substantiarum materialium compositione possit oriri ille effectus, quem antiqui animæ vegetativæ attribuere,
4. Non tamen potest oriri aliqua cognitio, aut appetitus.
5. Quare animæ brutorum sunt simplices, & ab ente mere materiali diversæ.
6. Multo minus e viribus materiæ oriri potest cognitio spiritualis, atque universalis, & appetitus rationalis, per quas res maxime anima hominis ab anima bruti distinguitur.
7. Ea porro substantiæ rationalis conditio est, ut existere nequeat omnino, nisi aliquam veram felicitatem pro fine suo habeat.
8. Unde ex natura sua immortalis est.
9. Eadem, si felicitatem suam mereri debeat, non potest non esse libera vera libertate indifferentiæ,
10. Quam definimus esse facultatem, qua, præsentibus reliquis ad agendum requisitis, mens ipsa sibi ultimato præstat, quod ad agendum adhuc deest.
11. Non autem requiritur ad hanc libertatem, ut quis aliquando fuerit indifferens.
12. Frustra in hac materia assignatur intellectus imperium, cum anima illud sequi nunquam debeat, sed sufficit iudicium speculative de rei bonitate.



13. Originem animæ, quod attinet, impossibile est, ut ea aliunde habeatur, quam a creatione.
14. Origo autem idearum in anima omnis est a sensibus, & instructione.
15. Sedes illius, quam in corpore obtinet, in medulla cerebri.
16. Non tamen videtur cum pluribus cerebri punctis esse competrata.
17. commercium animam inter, & corpus reponimus in mutuo influxu Physico.

EX THEOLOGIA NATURALI.

1. Evidentur demonstratur DEum existere.
2. Cujus Bonitati nequidquam derogat nec permissio mali Physici,
3. Nec moralis.
4. Sed nec destinatio pœnarum æternarum pugnat cum ipsius Bonitate, ut impie sibi Voltaire, alique blandiuntur.
5. Sic quoque Justitiam,
6. Et Providentiam DEI frustra tollere conantur Athei :
7. Qui suis nixi principiis ne quidem ordinatam rempublicam efficere queunt.
8. Nosram a DEO omnimodam dependentiam manifestant Præmotio, quæ est concessio virium ad agendum hoc vel illud, relicta homini libera determinatione :
9. Item Concurfus tam mediatas, qui consistit in continua conservatione virium activarum,
10. Quam immediatus, qui est conservatio virium in ipsa actione,
11. Atque actio distincta ab actione creaturæ.
12. Non enim DEus concurrit ad aliquem actum Physicum, quatenus est specificus, vel individualis.
13. Ex quo patet illum nullo modo ad peccatum concurrere.
14. Evidenter DEO debetur aliqua religio :
15. Eaque Revelata, qualem existere omnino certum est.

U. I. O. G. D.

13. Oportet quod, quod dicitur, inquit, talis est, ut ea aliunde ha-
14. Oportet quod, quod dicitur, inquit, talis est, ut ea aliunde ha-
15. Oportet quod, quod dicitur, inquit, talis est, ut ea aliunde ha-
16. Oportet quod, quod dicitur, inquit, talis est, ut ea aliunde ha-
17. Oportet quod, quod dicitur, inquit, talis est, ut ea aliunde ha-

EX THEOLOGIA NATURALI

1. Existunt in mundo spiritus boni & mali.
2. Cuiuslibet spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
3. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
4. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
5. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
6. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
7. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
8. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
9. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
10. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
11. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
12. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
13. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
14. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
15. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
16. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.
17. Spiritus boni & mali est proprius malus Physicus.

L. I. O. G. D.